

hoc loco voluit : Es hat das Silber seine Gänge/ 2c. c. XXVIII, 1. seq. Non dicam de usu hujus notitiæ in Homiliis, quæ ad populum rei metallicæ peritum habentur : ubi datâ occasione sub Schematibus non inelegantibus res tractari possunt. Proinde curiositas hæc mea veniam apud probos & rerum peritos lectores facile merebitur. Sed, ut in illâ pertractanda aliquem ordinem seqvar, constitui duas præcipuè Partes dissertationis meæ, quarum prior generalia, eaque in duobus capitibus secundum Onomatologiam & Pragmatologiam continet ; Altera verò de causis secundum earundem quatuor genera, ut & de ejusdem adjunctis agit in quinque distinctis capitibus ; in quorum explicatione potissimum ad Freibergam tanquam caput urbium argentiferarum respicitur, totusque status Metallurgiæ exponitur. Faxit DEUS feliciter ! Vel ut viri metallici nostrâ vernaculâ precantur :

Glück auff!

PARTIS GENERALIS CAPUT I.

De

Hermundurorum Metallurgiæ argentariæ
Onomatologia.

S U M M A R I A.

§. 1. Onomatologiæ partes enumerantur, ubi exponitur §. 2. origo cum §. 3. & 4. gentis, tum §. 5. nominis Hermundurorum, à quibus regio denominatur, cujus situs ac fines §. 6. & 7. delineantur atque §. 8. hoc loco applicantur. Porro Metallurgiæ §. 9. Onomatologia, & §. 10. & 11. homonymia, ejusdemq; §. 12. accommodatio cum Onomatologiâ vocis argentariæ annectitur.

A 2

§. 1. Ono-